









1678.

1. Martini, Nicolaus: De praestationibus in contractibus
vel quasi, art. 5 § 2 ff. Comm. et l. 23 ff. de reg-

jur.

2. Martini, Nicolaus: Theses juris bene inaugurales
... et rubricam, ut huc pendente nihil immo-
retur?

3. Martini, Nicolaus: De virtutibus.

1678/1681.

1. Schulze, Bernhardus: De unicabit compositione

Rec. 1707

2. Schulze, Bernhardus: De titulo colorato

3. Schulze, Bernhardus: De matre incerta

4. Schulze, Bernhardus: De jure optionis

1682.

1. Martini, Nicolaus: De civitatibus municipalibus

earumque membris.

1683 Schulze, Bernhardus: De induciis belli.

1685

1. Major, Joh. David : De moribus foran regimine
2. Reyerus, Samuel : De milite.

1687.

Northofus, Dr. Scorgius : De ~~et~~ eloquentia et Tacendo

1688.

Martius, Nicolaus : De monte pietatis

1689.

1. ^{h.c.} Martius, Nicolaus : De jure senus singulari

3 Impt. 1689 & 1714

2. Martius, Nicolaus : De dominio praesumpto

1690

1. Musaeus, Simon Severus : De juramentis inteli-
beratis

2. Reyerus, Samuel : De intervallo eqing. juribus.
matrimonio praesumpto.

3. Reyerus, Samuel : De ~~intervallo eqing. juribus~~

DISSENTATIO MEDICINAE PUBLICAE
PRAEFATIONIBUS
INCIPIT

Christian-Albertina,
PRÆSIDI

NICOLAOMAREINI, JC.
PRO LICENTIA

ALBERTINA



1685

1. August, Berlin: 2. ...
2. August, Berlin: ...

1687

1. August, Berlin: ...

1688

1. August, Berlin: ...

1689

1. August, Berlin: ...

2.

1. August 1689

1. August, Berlin: ...

1690

1. August, Berlin: ...

1. August

1. August, Berlin: ...

1. August

1. August, Berlin: ...



25
25
Ad. v.
G. 33. num. 9.
1678, 2

Q. D. B. V.

THESES JURIDICÆ INAUGURALES

PRACTICÆ

Ad RUBRICAM

UT LITE PENDENTE
NIHIL INNOVETUR.

Quas
Ex Decreto Magnifici Jctorum Ordinis,
In Illustri

CHRISTIAN - ALBERTINA

PRÆSIDE

NICOLAO MARTINI, JC.

Novell. ac Philos. Civ. Prof. Publ. celeberrimo, & Facultatis Jurid. h. t. Decano,

PRO LICENTIA,

Summos in utroq; Jure Honores, ac Immunitates Doctorales ritè ac legitime impetrandi,

Publico ac solenni Doctorum examini submittit

JOHANN ANDREAS NEUBAUR,

Rostochiensis.

Ad diem 28 Februarii M DC LXXVIII.

In Auditorio Majori, horis ante & pomeridianis.

KILONI,

Typis JOACHIMI REUMANNI, Acad. Typogr.



Q. D. B. N. 17
THESE JURIDICAE IN MATHEMATICA

AD PRAESIDIUM
UT IN THESE PRAESIDIUM

IN THESE PRAESIDIUM

EX DECRETO MAGNIFICI SENATUS ORDINIS

CHRISTIAN - ALBERTINA

PRAESIDE

NICOLAUS MARINI, J.C.

Novell. ac Philol. Civ. Prof. Publ. Cole-

gionis, & Facultatis Jurid. h. c. Decano

PRO LICENTIA

Summos in titulos Juris Honoris, ac in

universitates Doctoratus etc. ac in

Publico ac privato Doctorum examini submittit

JOHANNI ANDREAS NEUBAUER

Rechtshistoriker

in der Jurisprudenz, in der Geschichte

der Jurisprudenz, in der Geschichte

KILN

Typis JOACHIMI KEHMANNI, Arab. Typogr.



I. N. D. N. F. C.

Dissertationem de litis pendentia, ejusque effectu, publicè proponere animus erat, sed postquam spacium temporis, intra quod ratio negotiorum meorum me coarctavit, consilium mutare jusfisset, ex illâ materia positiones quasdam, loco Disputationis Inauguralis discutiendas, formavi, quarum fit.

I.

Lis est tam ante, quam post contestationem, l. 73. §. 2. ff. de jud. l. 7. de inoff. test. Auth. offeratur. C. de litis contest.

II.

Lis non solâ libelli oblatione, etiamsi Principi factâ, sed per citationem legitimè decretam & insinuatam, ex quâ Reus percipere potuit, cujus rei causâ citetur, fit pendens in judicio. Clem. 2. ut lite pend. l. 4. C. de in jus voc. Nov. 112. c. 1. pr. Ordin. Consil. Imp. Aul. tit. 2. §. So wollen wir.

III.

Litispendentiam inducit, non simplex monitorium, etsi insinuatam, nec nudum rescriptum, Carpz. l. 2. tit. 3. Resp. 46. n. 25. nec inquisitio, Scaccia de jud. l. 1. c. 12. n. 75. nec Citatio ex L. diffamari, quoad judicium actionis, Gail. 1. O. 11. n. 3. Mascard. de Prob. Conc. 1226. n. 15. Mevius. 1. dec

198. Conf. Ord. Cam. p. 2. tit. 25. §. 2. nec ad videndum fieri absolutionem à juramento ad effectum agendi, *Gail. 1. O. 24. n. 4.*

IV.

An verò Citatio sola, vel Mandato cum, vel sine Clausula, aut Rescripto annexa, emanaverit, sive sit edictalis, sive ad domum insinuata, parum interesse puto.

V.

Quoad actorem, statim quidem post decretam, licet nondum insinuatam Citationem, incipere litis-pendentiam, multis placet, inter quos *Menoch. de A. J. C. 202. n. 8.* Illud tamen simpliciter non credimus: Licitum enim est actori pœnitere, & à Citationem desistere, quo casu evanescit citatio, modo illa pœnitentia facto quodam fuerit declarata. *l. 28. C. de appell. Lancelot. de Att. p. 2. c. 4. præf. n. 10. Mandos. de Inh. q. 96. n. 2. Cothman. V. 3. R. 3. n. 10.* Et hoc quidem in puncto Juris verum; Cæterum hodiè in judiciis, si de præventionem jurisdictionis agatur, vix admitti putarem. Vid. *Blum. Proc. Cam. tit. 25. n. 53.*

VI.

Eadem manet litis-pendentia, etiam post sententiam à quâ provocatum, tam in secundâ & ulteriori instantia. *J. Pac. Ifag. extra Ut lite pend. arg. l. 1. §. fin. ff. an per al. caus. ap. l. 1. §. fin. ad SC. Turp. c. 28. §. f. de off. deleg. quàm medio tempore inter sententiam & provocationem. c. 7. de ap. in 6to. Maranta p. 5. de. cit. n. 2. Gasp. Caballin. Millel. 965.*

VII.

Per sententiam definitivam, quæ transiit in rem judicatam, decidi quidem litem, non tamen finiri, putat *Carpzov. l. 2. t. 3. R. 42. n. 8,* nisi sit sententia absolutoria, quæ seipsam exequitur. *Gail. 1. O. 113. n. 18.* Cæterum an huic *Carpzovii* senten-

605
sententiæ tutò liceat sublcubere, haud præterrem forte du-
bitandum,

IIX.

Sola litispēdētia impedit aliquid fieri in præjudici-
um litis, absque aliâ probatione juris, ipsius litigatoris, in
cujus præjudicium innovatum est, etsi illud factum fuisset
licitum ante litis - pēdētia; Proinde nec invasorem, qui
me spoliavit ante litispēdētia, durante illâ iterum diji-
cere, occupatam verò pēdēte lite, incontinenti recupe-
rare licet. *l. 3. §. 9. l. 17. de vi & vi c. 1. de rest. spol. c. 2. c.
f. de Ord. cognit. Faber. in C. ut lite pend. def. 7. Menoch. de
poss. Rem. 17. n. 28. seq.*

IX.

Innovata, quæ aliàs Attentata dicuntur *c. 1. ut lite pend.
in 6to. sunt Actus, qui fiunt lite pēdēte, in præjudicium
partis, & contemptum judicis. Lancellot. de Att. in pref. n.
14. Committuntur, vel à partibus litigantibus, vel à judice.
Lancell. in fin. pref.*

X.

Hæres, apprehendendo possessinē bonorum hæredi-
tariorum, de quibus lis est, non innovat, sed continuat pos-
sessionem defuncti, continuans a. non attentat. *c. 1. ut lite
pend. c. 17. de appell. Gail. 1. O. 147. n. 1. Faber. in C. ut lite
pend. def. 11.*

XI

Non solùm ædificatione Castri inexpugnabilis in fun-
do litigioso, sed & quavis restauratione, & refectione, quâ
exceditur augendo, vel minuendo, nec minùs demolitio-
ne, factâ in præjudicium adversarii, non tertii, fit innovatio.
Mandos. de Inh. q. 119. n. 6. Gylman. l. 2. dec. 43. n. 99.

A 29

XII.

.XII.

Alienatio rei litigiosæ est attentatum, ejusque nomine veniunt, non solum venditio & permutatio, sed & donatio, hypotheca, in usum fructum & emphyteusim concessio, conjunctæ cum rei traditione *l. 7. C. de reb. alien non alien. & ib. Brunnom.*

XIII.

Querela nullitatis, principaliter deducta, etiamsi intra decendum interposita, quod Jure novo requiritur. *R. J. 1654. §. Undehm auch. 121.* non suspendit executionem sententiæ quæ dicitur nulla. *O. C. p. 3. tit. 34. §. pen. Gail. 1. O. 127. n. 9. Caballin. M. 715. Mandos. q. 24.* sicut nec semper Restitutio in integrum. *Myns. 1. O. 48.*

XIV.

Effectus suspensivus Revisionis (quâ loco supplicationis *t. t. C. de precib. Imp. off. in Camerâ hodie utimur Gail. 1. O. fin. n. 1.*) per *Rec. dep: 1600. §. Als auch der Streit. 157.* eidem tributus, postea iterum sublatus est, per *Rec. noviss. §. nach Besrahschlagung 124.* Ita ut hodie præstita idonea cautione à parte victoris, de restituendo, si in Revisorio contra se judicatum fuerit, sententia exequenda sit, quod & Juri Communi consentaneum *Nov. 119 c. 5.* Excipiuntur causæ Religionis, & spirituales, quibus effectus suspensivus reservatus est usque ad proxima Comitata *all. §. 124.*

XV.

Appellatio ab Interlocutoriâ, de Jure quidem civili regulariter prohibita *l. pen. C. quor. app. non recip.* Canonico vero indistinctè permessa *c. 10. extra de appel.* Jure hodierno, si irreparabile præjudicium contineat, locum quidem habet, *Ord. Cam. p. 2. tit. 29. §. Und so von beyUrtheil. 3.* sed quia nihil devolvit, præter articulum in appellatione
expres-

expressum (nisi appellatus renunciaverit puncto appella-
tionis *Gail. 1. O. 136*) Ideo Judex inferior procedendo in cau-
sâ, minimè attentat *c. 1. c. 2. ut lite pend. c. 7. de appell. in
oto. Mandos. q. 75.*

XVI.

Proinde regulariter Inhibitio decerni non solet con-
tra judicem ita procedentem, antequam superior, auditâ
prius parte adversâ, ex actis aliquatenus cognoverit,
negotium ad se devolutum iri. *c. 7. de appell. in oto.
R. J. 1594. S. die Inhibitiones 93. Myns. 3. O. 87.*

XVII.

Quo casu validitas processus, & gestorum ante inhibi-
tionem, dependet a futuro eventu; nam si contra appel-
lantem pronunciaretur, valeret processus inferioris judicii,
si pro eo, omnia irrita forent, *Gylman. lib. 2. dec. 42. n. 87.*
Acta verò post inhibitionem, tanquam attentata, ante omnia
revocabuntur, licet contra appellantem pronunciaretur,
causaque remitteretur. *c. 7. de appell. in oto.*

XIIX.

Appellatio interposita à gravamine extrajudiciali, si-
ve à solâ parte extrajudicialiter gravante, (qualis de Jure
communi licita est, *c. 51. de app. Marant. p. 6. act. 2. n. 278.*
sed non, nisi ad eundem judicem, qui per viam simplicis
querelæ fuisset adeundus. *Gail. 1. O. 120. n. 4*) sive à Judi-
ce, seu Magistratu, gravante, non vi Jurisdictionis suæ, sed
ut parte, in causâ propriâ, non habet effectum suspensivum,
nec enim propriè appellatio est, sed quædam provocatio ad
causam *c. 5. de appell. Gail. 1. O. 144. n. 8.* Constitutionibus
tamen Imperii, in Summis judiciis, ultimo casu, planè non
admittitur sed simplici querelæ locus erit. *R. J. 1594. S.
Wan aber. 94. Ord. Cons. Aul. tit. 2. S. Wir befehlen.*

A 3

XIX

XIX.

Appellationi autem ab eo, qui tanquam iudex s. Magistratus ordinarius, vigore officii, & jurisdictionis suæ, ad instantiam alicujus, five etiam motu proprio, citra formam iudicii, gravamen intulit, v. g. multam indicendo, incarcerando, aut sequestrando, locus quidem est, sed absque effectu suspensivo, quamvis inhibitionem hoc casu, aliquando, pro circumstantiis, statim cum citatione, decerni posse, vix negandum, ne deterioris conditionis sit iudex juris ordine observato procedens, illo, qui extrajudicialiter, citra ullam causæ cognitionem procesit. *Gylm. l. 2. dec. fin. n. 21.*

XX.

Litem in iudicio pendentem nec actor ad aliud forum, licet superius, citra legitimam provocationem, nec reus mutato domicilio, vel acquisito privilegio, trahere potest. *l. 19. §. 1. l. 30. 36. ff. de iud. l. 4. C. de in jus voc. l. 7. de iud. l. pen. de iurisd. c. 19. de foro. comp.*

XXI.

Præventio, est præoccupatio actus Judicialis; Locum habet inter iudices, concurrentem jurisdictionem super eadem causâ habentes. *Carpz. l. 2. tit. 3. R. 46. n. 10.* Operatur à parte Iudicis præventi, ne in illâ causâ se intromittere, *Ord. Conf. Aul. tit. 2. §. So wollen / respectu partium, ne forum mutare possint. l. 30. l. 7. ff. de iudic.*

XXII.

Concurrentia jurisdictionis datur inter eos, quibus super eadem lite, in eademque Instantiâ, competit iudictio in solidum, nec alter altero ratione jurisdictionis est superior, *c. cum plures s. de off. deleg. in 6to. Zanger. de Exc. p. 2. c. 3. n. 5.* Inter superiorem enim, & inferiorem vix est, ut detur concurrentia, five cumulativè, five privativè inferiori concessa sit iudictio.

XXIII.

XXIII.

1057

Imprimis concurrentia hæc locum habet, inter iudices ejusdem territorii, nonnunquam & inter eos, qui sunt diversorum locorum, exempla dantur. *in §. 33. Inst. de act. l. 7. de eo quod certo loco. l. 3. de reb. auth. jud. poss. l. 21. ff. de O. & A. Conf. Struv. Exerc. 18. th. 69. l. 7. C. de Jurisd. l. 2. C. ubi Senat. l. 1. C. ubi de Crimin. & ibi Brunnem. n. 16. Conf. Zang. de Exc. p. 2. c. 1. n. 205. Scacc. de Jud. l. 1. c. 12. n. 15. seq. Röding. P. C. 1. t. 10. n. 16. Hier. de Monte de Fin. c. 25. n. 5. seq. Knichen. de sublim. jur. territ. c. 3. n. 410.*

XXIV.

In Imperio Germanico, inter duo summa judicia Au-
licum & Camerale, ob concurrentiam jurisdictionis locum
habet præventio *Ord. Con. Aul. tit. 2. §. So wollen wir.*
Excipiuntur tamen ab hac regula, causæ feudales, Si super
feudo Imperii majori, alterutri in totum auferendo, inter
vasallos, in petitorio, sit contentio. *Ord. Cam. p. 2. tit. 7.*
Item Regalia Imperii concernentes *Ord. Cons. Aul. tit. 2.*
princ. quarum cognitio, ut & aliarum nonnullarum, Impera-
tori reservata est, *all. text.* XXV.

Inter delegatum Principis ad certam causam, & ordi-
narium, quia ille major est, quolibet ordinario *c. 11. §. præ-
terea, de Off. ordin. Gail. 1. O. 97. n. 9,* etsi non datur con-
currentia jurisdictionis, tamen aliud obtinet inter Dele-
gatum Imperatoris, & Cameram, *Gylm. Dub. Cam. Voc. Præ-
ventio §. Dubitabatur. Blum. Proc. C. tit. 25. n. 58.* nisi causa
sit ejus naturæ, ut ad Cameræ jurisdictionem non spectet.

XXVI.

Si duo litigantes, super eadem lite simul provocent
ad diversa judicia, concurrentem jurisdictionem habentia, &
in altero eorum prius decernatur citatio, in altero verò
tardiùs

tardiùs quidem decreta, citiùs tamen insinuetur, citatio priùs insinuata alteri præferenda. *Blum. tit. 25. n. 56.* nisi per fraudem, ac malitiam, ita præventum fuisse, probari possit; *Mascard. de prob. Concl. 1226. in fin. arg. c. 1. c. 3. de appell.*

XXVII.

Si petitam citationem iudex denegaverit, eo ipso iudicium concurrentem præventum fuisse, dici non potest; uti iudicatum fuit in Aulâ Imperiali anno 1669 in causâ Consulis Civitatis Spirensis, contra Civitatem, etsi contrario præiudicio Camerali contrarium asserat *Blum. tit. 25. n. 24.*

XXIX.

Si citationes duorum iudicum, concurrentem jurisdictionem habentium, simul perveniant ad citatum, eligere hic poterit iudicem, quem velit. *arg. l. 3. §. 4. ff. ad SC. Silan. Mysing. 6. O. 8. n. 2.* quamvis rem sorti committendam, aliis magis placeat *arg. l. 14. ff. de iud. Zang. de Exc. part. 2. c. 3. n. 30. Scaccia de Jud. l. 1. c. 12. n. 73.*

XXIX.

Si duo iudices concurrentem jurisdictionem habentes, simul citent, alter realiter, alter verbaliter, vel in scriptis, realis præfertur, *Guido Papa. dec. 107. Mascard. de prob. Conc. 1226. n. 8.* nisi reus, ut evitaret alterum iudicium se capi procurasset. *Hieron. de Monte de Fin. reg. c. 25. n. 14.*

XXX.

Si alteruter iudicum, concurrentem jurisdictionem habentium, negotium in suo iudicio pendens, vel nolit, vel non possit expedire, tum alteri accrescit jurisdictio circa illam causam, *c. 8. de off. deleg. in 6to. Hieron. de Monte c. 25. n. 15.*

XXXI.

Avocare causam, coram inferiore iudice pendentem, potest

1050

potest superior, si cumulativè inferiori concesserit jurisdictionem, ita ut hic teneatur causam remittere *l. 58. ff. de iud. Nov. 134. c. 5. c. 56. X. de appel. Bachov. ad Treutler. D. 3. T. 8. l. F.* quod si privativè, aut ordinariam, jure proprio, inferior habeat jurisdictionem, avocatio erit illicita, *c. 3. de off. ordin. Carpz. l. 2. t. 2. R. 20. n. 9. Caballin. mill. 737. n. 1. Mandos. de Inh. q. 9. n. 3.*

XXXII.

Status Imperii suos subditos è judicio Camerae avocare non possunt, sed per viam exceptionis declinare jurisdictionem ejus. *Gail. 1. O. 41. n. 7. Blum. Proc. t. 25. §. 19. & 26.*

XXXIII.

Imperator Rom. quamvis in jurisdictionem, Camerae delatam, cumulativè consenserit, causas tamen in judicio illo pendentes, in quibus Camera concurrentem jurisdictionem habet, vi pacti, avocare non potest *Instr. Pac. art. 5. §. ult. Ord. Cam. p. 2. t. 35. R. J. 1654. §. Damit aber 159. §. Ebenmässig 166. Capit. Leopoldin. §. 26. & 42.* Idem dicendum de principibus Imperii, qui ex conventionione, cum subditis in ita, certa Dicasteria s. Consistoria Provincialia constituta habent, *Graveus. p. 1. Conc. 41. n. 6.*

XXXIV.

Reconventio in judicio conventionis, de jure quidem in Saxonico in causis connexis, teste *Carpz. l. 2. tit. 3. R. 39. n. 24.* Jure Communi, indifferenter locum habet. *Nov. 96. c. 2. §. 1. c. 3. de rescript. in oto.* nisi causa sit ejus naturæ, ut super illa judici conventionis nulla competat jurisdictio, quales nonnunquam causæ spirituales, matrimoniales, & feudales *Zang. de Exc. p. 2. c. 1. n. 378. seq.*

B

XXXV.



XXXV.

Coram iudice appellationis locum non habet reconventio, si appellatum sit à definitiva. *Frid. Mind. Proc. l. 3. c. 6. n. 32.* nec in causis spoli, ante restitutionem *c. f. de ord. cognit.* nec coram arbitris *c. 6. de Arbitr.* nec in iudicio Austregarum, si Princeps ab inferiore conveniatur, viâ primâ, septimâ, & Octava. *Ord. Cam. p. 2. t. 4. §. 1. & 19.*

XXXVI.

Circa quæstionem: An lex, seu Constitutio nova trahenda sit ad lites pendentes, & num hæ, juxta illam sint dijudicandæ? distinguendum; Utrum lis pendeat in prima Instantiâ; & tum iudicandum secundum legem novam, modo illa de pendentibus expressè disponat. *l. 7. C. de Legib.* Aut in iudicio appellationis; ad illamque non porrigitur constitutio nova, etiamsi de pendentibus expressè caveat *Nov. 115. princ. c. 1.* sed iudicandum juxta leges, quæ obtinebant tempore latæ sententiæ.

XXXVII.

Cum Instrumentum Pacis Cæsar. Suecicum *art. 3. §. 2.* Restitutionem ex capite Amnestiæ extendat ad litispendingentias, ratione possessionis, salvo petitorio, hinc satis apparet, quod constitutio, reducens omnia ad statum anni 1624, tanquam lex nova, ad causas jam ante illum terminum, per sententiam, quam nondum subsecuta est executio, decisas, trahi minimè possit.

XXXIIX.

Exceptio litispendingentiæ datur contra eum, qui litem in iudicio pendentem, ad aliud forum trahere, vel aliud quicquam in præiudicium ejus facere conatur *Zang. de Exc. part. 2. cap. 13. n. 2.* Concurrit aliquando cum Exceptione Præventionis, quæ illi competit, qui, unius ejusdemque rei causâ,

causâ, pluribus iudicibus, concurrentem jurisdictionem habentibus, subjectus, super negotio, coram alterutro eorum pendente, vocatur ad alterum, *Zang. 2. c. 3. n. 2.*

XXXIX.

Hæ Exceptiones, cum sint fori declinatoriæ, statim in principio litis opponi debent. *l. f. C. de Except.* quod ni fiat, sed reus consentire velit, valebit iudicium posterius. Licitum enim est actori poenitere, & de consensu partium valebit iudicium etiam coram iudice incompetente. *l. 15. l. 18. ff. de iurisd. l. 1. C. eod.* dummodo nullum interesse iudicis ordinarii versetur, nec is contradicat, *Gail. l. 1. O. 40. n. 2. Bachov. ad Treutl. D. 3. Th. 10. lit. A. & Th. 2. l. H.* modò etiam prorogatus aliàs jurisdictionem habeat in ejusmodi causis. *Gail. de P. P. l. 1. c. 12. n. 10*

XL.

Contra gaudentem privilegio electionis fori, si post insinuatam citationem, alium elegerit iudicem, cessat Exceptio Præventionis *Zang. p. 2. c. 13. n. 20*, quale Privilegium Ducibus Brunsvic: Lüneburgensibus concessum est à Ferdinando 3. Imp: 24. Nov. 1648. & Regi Sueciæ, per Instrumentum Pacis. *art. 10. §. 12.*

XLI.

Non datur Exceptio Litispendingiæ, aut præventionis cessante, vel finitâ litispendingiâ. *Lancelot. pref. n. 22. Mandos. q. 113. n. 6. Tiraquel. duRetr. lign. §. 8. glos. 2. n. 4.* neque ei, qui ipse impugnavit litispendingiam, & adversarium suum à primo, ad secundum iudicem trahere conatus est, sive in impugnatione obtinisset, sive succubisset. *arg. c. 38. de R. J. in 6to. Lancelot. p. 2. c. 4. ampl. 3.* Ita nec contumaci competit, si postea in iudicio, opponere vellet de litispendingiâ.

pendentiâ *Gail. 1. O. 29. n. 8. Lancellot. p. 2. c. 4. lim. 3. n. 77. Cöler. de proc. execut. p. 30. 5. n. 48.*

XLII.

In executivis plerumque cessare istiusmodi exceptiones praxis docet: Ita, ut creditor, qui ordinariâ viâ creditum persequitur, si debitor latitet, vel alias moras nectat, possit non obstante exceptione, coram eodem, aut alio iudice, petere arrestum, sequestrationem, aut manus injectionem. *Lancellot. de Att. p. 2. c. 4. lim. 3. n. 76. Cöler. de proc. Ex. p. 3. c. 8. n. 38. Zang. de Exc. p. 2. c. 13. n. fin.*

XLIII.

Attentata timentes uti possunt remedio Inhibitionis tam in primâ, quàm secunda Instantia *l. 1. pr. l. 20. §. 10. ff. de op. nov. nunc. O. C. p. 2. tit. 21. §. ult. R. J. 1594. §. die Inhibitiones. 93. Mandos. de Inh. q. 2. Zang. 2. c. 17. n. 7.*

XLIV.

Appellatio quidem à definitivâ, ejusque vim habente, statim suspendit jurisdictionem iudicis, absque aliâ inhibitione *l. un. ff. nil. innov. app. pend. l. 3. C. de app. c. 28. §. præterea, de off. deleg. Ex abundantiam tamen, majoris securitatis gratiâ, decerni solet, cum citatione. R. J. 1594. §. die Inh. 93.*

XLV.

Si ab Interlocutoriâ appellatum sit, unâ cum citatione regulariter non decernitur inhibitiō, nisi evidens periculum, aut damnum irreparabile imminet, & probetur *all. R. §. Wan aber 94. vid. Gylm. l. 2. dec. 42. n. 81. seqq.*

XLVI.

Si a gravamine extrajudiciali sit appellatum, regulariter non inhibendum, antequam de justâ appellationis causâ, auditâ parte adversa, & de fundatâ jurisdictione, satis constet. *R. J. 1594. §. Wan aber 94.*

L. In

XLVII.

1059

In causis nullitatum non decernitur inhibitio *Mandos.*
q. 24. n. 2. Lancellott. p. 2. c. 7. n. 60. Caballin. mill. 715. Gail.
1. O. 144. n. 6. jung. O. Cam. p. 3. t. 34. §. pen. nisi notoria sit nul-
litas, & quæ incontinenti probari potest. l. 4. §. 6. de re jud.
l. 4. C. si a non comp. Gail. l. all. Myns. 4. O. 64. Gylm. l.
2. dec. fin. n. 23. aut adsit periculum evidens, damnumve ir-
reparabile. arg. R. J. 1594. §. Wan aber 94. Gylm. l. 2. Dec.
42. n. 99. quibus addit causas religionis Symphor. T. 1. p. 1. tit.
17. suppl. 4. V. 1. n. 7.

XLVIII.

Inhibitioni parendum est, sive justa sive injusta sit. *l.*
1. l. 20. §. 3. ff. de novi op. nunc. Mandos. q. 20. n. 1. Caballin.
mill. 959. Gylm. l. 2. dec. 42. n. 71. ne illi, contra quos decer-
nitur, sub prætextu, quod injusta sit, contemnant eam, &
interim, dum de justitiâ, aut injustitia Inhibitionis litigetur,
pars gravata, attentatis succumbat. Mandos. l. all.

XLIX.

Potest etiam judex à quo, pendente appellatione, in-
hibere appellato, ne appellansem turbet. *Blum. proc. Cam.*
t. 54. n. 7.

L.

In possessorio' retinendæ, regulariter non decernitur
inhibitio contra possessorem, quia lite pendente nemo pri-
vandus est suâ possessione *l. 3. §. 3. uti possid. c. 1. c. 2. ut*
lite pend. R. J. 1594. §. Die Inhibitiones 93.

LI.

Sequestratio, pendente lite, regulariter prohibita, *l. un.*
C. de prob. seq. pec. certis casibus admittitur, de quibus l. 21.
§. 3. ff. de appellat. Brunnem. ib. n. 14. & seqq. c. ult. de seq.
possess.

B 3

possess. O. C. p. 2. tit. 22. §. ult. Gail. 1. O. 147. & 148. Lancel-
lot. p. 2. c. 4. dec. 4. n. 24. Caballin. mill. 930. Thesaur. dec 131.
n. 8. quo pertinet, quod sequestrari possit sponsa duorum
Gail., l. 1. O. 112. n. 15. & mulier, cujus matrimonium dici-
tur esse nullum, si, pendente lite, ad novas nuptias transire
contendat, Mandos. q. 10. Lancelot. p. 2. c. 4. lim. 17.
n. 16.

LII.

Contra attentata commissa, s. præterita, parti lesæ suc-
curritur, tam per viam citationis, ad videndum incidisse
in pœnam Inhibitionis, si hæc præmissa fuerit, quam man-
dati attentatorum revocatorii, Ord. Cam. p. 3. t. 31. §. Und
dieweil 14. quarum unâ electâ, altera non præcluditur.

LIII.

Mandatum attentatorum revocatorium, est decretum
judicis, quo innovata, pendente lite s. appellatione, à par-
te litigante, vel à judice inferiore commissa, annullantur,
omniaque in pristinum statum reduci jubentur c. 16. de app.
c. 1. ut lite pend. c. 7. de app. in 610. quando in hisce impe-
trandis ordinariè, quando summarîè procedatur, Vid. R. J.
1570. §. In puncto Attentatorum 95. R. 1654. §. Und wan 59. O.
C. p. 3. t. 31. §. Und dieweil 14. Gail. 1. O. 146. Myns. 1. O. 26.
Schwanman. l. 2. c. 9. n. 3

LIV.

Non habet locum remedium attentatorum revocato-
rium, in causâ matrimoniali, si super validitate matrimonii
lis sit, quâ pendente, etsi non liceat transire ad secundas
nuptias, sed inhibitio decernenda contra illos, qui eas con-
trahere conantur c. 4. de spons. duor. contractum tamen de
facto, & consummatum matrimonium, pendente lite, mi-
nimè revo candum, sed validitas ejus dependet ab exitu li-
tis:

100
tis, si enim prius matrimonium rescindatur, posterius erit
validum, & liberi interim nati legitimi. *c. 18. de sponsal.* Si
verò prius confirmetur, annullandum erit posterius, *Lancel-*
lot. p. 2. c. 4, lim. 17. n. 3. Gail. 1. O. 112. n. 12. Menoch. de A.
F. Q. c. 202. n. 19.

LV.

Cessat porro remedium attentatorum revocatorium
contra tertium *c. 3. §. In alium de app. in 6to. Gail. 1. O. 72.*
n. 6. Est autem tertius, quilibet alius, præter judicem, acto-
rem & reum, *Mandos. q. 111. n. 2.* ac causam ab illis haben-
tes. *Lancellot. p. 1. c. 3. n. 16. & 63.*

LVI.

Deniq; cessat hoc remedium, si attentatum sui naturâ,
sit irrevocabile. *Schwanman. lib. 2. c. 9. n. 18.* aliisque casi-
bus, de quibus *l. 5. §. 11. de op. nov. nunc. O. C. p. 2. §. 4.*
vers. Und der Unterrichter: Conf. Schwanm. l. 2, c. 19. Lancel-
lot, p. 3. c. 4.

LVII.

Si appellans peudente appellatione attentet, id perin-
de habetur, ac si litem deseruisset, & potest tali casu appel-
latus non tantum petere revocationem, sed &, si placue-
rit, ut iudex causam desertam declaret, & ad iudicem prio-
rem remittat. *c. 42. de Appell. Marant. p. 6. act. 2. n. 422. Lan-*
cellot. de Att. p. 3. c. 31. n. 234. Menoch. de poss. Rem. 17. n. 50.
Gail. 1. O. 146. n. 12. Mynsing. 2. O. 50. Schwanman. l. 2. c. 9.
n. 23. Röding. l. 1. tit. 32. n. 14.

Et hæc, paucissima quidem, ex materia illâ, fa-
tis alias diffusâ, loco disputationis, censuræ publicæ
subji-

subjicere volui; quæ cum ad forum spectare potissimum videantur; ideo quædam alia, magis theoretica, in gratiam Dominorum Opponentium, subjicere, consultum visum est, quæ Additamentorum vicem sustineant.

Ex Jure Civili

I.

Usucapionem sola ratio civilis sustinet.

II.

Insulæ in flumine enatæ acquisitio non nititur eo fundamento, quod primi eam videantur occupaturi vicini.

III.

Confessio vulnerati in articulo mortis, non est ad torturam sufficiens indicium.

IV.

Actio ad Palinodiam, civilis est, & rei persecutoria.

V.

Pacta de futura successione concepta, paucis casibus exceptis, improbat jus Civile, an satis justis de causis, haud immerito dubitamus.

VI.

Misera sunt argumenta, quibus ostendere conatur *Bronchorst évαλοφ. Cent. 3. assert. 3.* matrimonia rescindi non posse, si corruptam ab alio pro virgine quis duxerit.

VII.

Merito ridet illos *Bachovius, ad Wesemb. de A. R. D. n. 4. & ad Treutl. Vol. 1. Disp. 15. th. 1. lit. C.* qui distinctionem dominii, in directum, & utile non ferunt.

IIX. UI-

206
IIX.

Ultra gradus Jure Divino prohibitos, matrimonia prohibere, nulla moralis ratio forte suadet.

IX.

Frustra Pontifex *c. Cum esset. 10. de Testam.*, alienum à lege Divinà existimat septenarium in testamento testium numerum.

X.

Nec punitoria, quæ dicitur, nec compensatoria usura potest justè improbari.

XI

Consuetudo legem abrogat.

XII.

Liberi legitimantur & per subsequens matrimonium, in articulo mortis contractum. *vid. Struv. Syst. Ep. 28. the 31*

XIII.

Etiam in meretricem nuptam adulterium committitur.

XIV.

Debitor, & elapso biennio, non numeratæ pecuniæ exceptionem potest opponere.

XV.

Minori, etiam invito, potest hodiè Curator dari in testamento patris.

XVI.

Quarta vel triens, ex hæreditate parentum liberis debita est Juris Civilis.

Ex Jure Canonico.

I.

Bona fides de J. Civili sufficit si adsit, initio præscriptionis; Jus autem Canonicum usque ad complementum, & finem perseverare, & continuari eandem vult. Nos Juris Canonici dispositionem præferimus.

II.

Malè se gerit Ambrosius. *c. 3. 32. qu. 4.*

Ex

Ex Jure Feudali.

I.
Etiam plebei rectè in feudum dant.

II.
Molendina navalia quoque rectè in feudum dantur.

III.
Eviçto feudo, vel eviçti pretium numerare, vel aliud ejusdem æstimationis feudum dare, non a. interesse præstare, dominus tenetur.

IV.
Investitura abusiva an sit modus acquirendi, an verò constituendi feudum, disceptatur: Nos utrumq; defendemus.

V.
Ascendentes etiam, certis casibus in feudis succedunt, cum illis tamen non admittuntur, illis casibus, defuncti fratres.

VI.
Nati ex matrimonio ad morganaticam contracto an in feudis succedant, gravis est controversia. Nos illos non simpliciter excludimus.

Ex Jure Publico

I.
Pontifex Rom. coronam Imperialem Carolo M. imposuit, non tamen Imperium transtulit.

II.
Imperium pleniore Jure Otthoni, quàm Carolo M. collatum.

III.
De patria Caroli M. citra necessitatem, cum Franco-Gallis, Germani litigant.

IV.
Imperio Germanico rectè adjicitur, Romani appellatio, quicquid contra molietur *Blondellus Præfat. Apol. XXX. 3.*

GLORIA DEO.

ULB Halle
002 424 312


3



VD17

TA-F2





B.I.G.

Farbkarte #13

Black, 3/Color, White, Magenta, Red, Yellow, Green, Cyan, Blue



V.
 INAUGURALES
 CÆ
 ICAM *G.33. num. 9.*
 ENDENTE
 VETUR. *1678, 2*
 Ctorum Ordinis,
 ALBERTINA
 DE
 ARTINI, JC.
 . Prof. Publ. cele-
 urid. h. t. Decano,
 ENTIA,
re Honores, ac Im-
ritè ac legiti-
ndi,
 m examini submittit
 AS NEUBAUR,
 fis.
 M DC LXXVIII.
 ante & pomeridianis.
 NI, Acad. Typogr.

